

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Cautiores fieri, & à Deo custodiri periclitantes; quamquam ipsi sibi, non Deus illis pericula creet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

200 Cap. XXI. Sept. morb. causa, periculis exponentis temeritas.

24 Timoth. 3. autem scito, quod in nonissimis diebus instabunt tempora periculosa.

4. Periculis se cinctum, qui nouit, consilium in pectus conuocat.

Ecli. 9. 20. Quia de causa dicitur: Communionem mortis scito: quoniam in me-

dio laqueorum ingredieris, & super dolentiam arma ambulabis. Se-

cundum virtutem tuam caue te a proximotus. Fortes periculis emi-

nentiores fieri, Iason, Theseus, Hercules, apud Poetas; Ioseph,

Samson, David, in sacris historijs docuerunt; & Paulus ostendit,

qui ter naufragium fecit, nocte & die in profundo maris fuit, in

itinerebus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex

genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in soli-

tudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. Hæc sunt, quæ

faciant exercitatos & illustres.

II.

Non ambienda sunt pericula, sed virtute vincenda, si vitari
non possunt virtute. In glacie providentiū ponuntur pedes.
Procellæ clausum exigunt attentiorē. Nescirent Græci Vlyssēm,
Eneam Latini, si illi casus & pericula nesciissent. Sed nihil in
periculis clarius ostenditur, quām vis diuinæ potentiaz & protec-

tionis. Formido multos tenet: grandia facerent, nisi grandia

tinerent. Vident, quæ imminent, non vident, quæ obtendant.

Non trepidarent, si Angelum se habere custodem, si Dēvm opit-

ulatorem crederent. Ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habui-

mus, ait insignis athleta, ut non simus fidentes in nobis, sed in Dēo,

qui suscitat mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in-

quem speramus, quoniam & adhuc eripiet. Eripit sua mala nescien-

tes, eripit mala amantes; quanto magis erupturus est, mala de-

precantes, aut virtutis amore sustinentes? Longa dies sit, ne-

esse est, qua omnia enumerari possint, in quibus vix nati homi-

nes usque ad obitum periclitantur. Quot morbi infantibus sunt

in promptu? quot insidiae cunas obsident? quibus non discri-

minibus pueri se se obijciunt? Tantò citius succumbit, quantè

imbecillior est ætas. Viros robur juuat; regit prudentia, erudit

experientia, & tamen quot discriminibus cinguntur? per quot

ambulant pericula? quibus nec vires obstare, nec occurrere pru-

dentia, nec experientia effugium monstrare potest. Soles Dēvs

manum porrigit, solus Genius bonus ab exitio retrahit, & (quod

magis mireris) etiam exitium sponte adeuntes ab exitio sapili-

spē

2. Cor. 1. 9.

fimè retardat. Quod etsi non ficeret, tamen immeritò accusare-
tur. Qui enim, inquit ille, periculorum quasi inevitabilium diffi- Thriuer. in-
cultatem, in hoc mundo culpat, Deum cum malo duce comparat, qui Apo. 50.
militis delectatur discrimine, aut exercitum in precipitio collocat.
Accedit, quod homines multa pericula vel sibi ipsi creent, vel
spontè adeant. Potestne accusare patrem filius, quem canis
catena alligatus momordit ad se vltro accidentem? Pueriliter
infantes, qui se læserunt, caltrum volunt verberari, quasi ille, &
non illi culcro male vñ peccauissent. Hic claudicat, quia lapis
pedem læsit: si rei veritatem vult inspicere, non lapis pedem, sed
ipse lapide pedem læsit. Nec scopulus nauem frangit, sed im-
peritus nauclerus, qui nauem in scopulum adegit. Alius ex alto
lapsus, brachium aut caput rupit: non rupisset, si non ascendis-
set. Arbor fragilis erat, non se credidisset eius ramo, qui oculis,
quos frustra non habet, eius fragilitatem considerasset. Sunt
mala pericula, vel mali caussa, sed non tanta mala, vt quæquam
debeant à virtute abstergere; habent enim multa subsidia ad-
 juncta. Ut igitur pueris, quando terrentur laruarum personis,
damus eas in manus, & versatas ostendimus inanes, vt discant
non timere: ita conuenit, adhibita ratione, res specie terrificas
excutere, vt cùm viderimus, non esse, quod apparent, contem-
namus. Quod si autem quæsita & amata pericula nos faciant
perire, culpam nobis ipsis, non Deo tribuamus. Sunt enim pluri-
mi, qui pericula amant.

E multis millibus exemplum pono Maximilianum Seern-
dum, trigesimum nonum Germaniæ Imperatorem, cuius vel ar-
dua, vel audacia facta, in compendium contulit Germanicus
Scriptor Sebastianus Francus; qui postquam multa de eo præ- Sebastian.
clarè gesta ræmemorasset, adiecit, coronidis loco, adeò eum cor- Franc. in
poris sui periculorumque fuisse contemptorem, vt heroum nul- ethrus germ.
lus quidquam aggredi, immò cogitare potuerit, quod ille non sit pag. 265. in
ausus facere. Recenset itaque lequentia, quæ et si fidem huma- Maxim.
nam videantur excedere, virtutem tamen illius, vel temeritatem
quoque non superauerunt. Fuit enim longè diuersæ sententiae Plutarch. in
ab Alcibiade, qui è Sicilia Athenas accitus, vt diceret caussam Aleibiadis
capitis, siebat, Eum esse fatuum, qui vocatus in jus querat elabi, vita & Ælian.
li. 13. vñ hist.